Fragmentarium

DILECTIS ... FILIIS ...
Probabilibus desideriis nihil tardita
tis prestantes fratrem iam et coepiscopum nos
trum Bonifacium vobis ordinavimus sac
dotem. Cui dedimus in mandatis ne
umquam ordinationes presumat illici
tas. Ne bigamum aut qui virginem non est sor
titus uxorem neque illiteratum ut in
qualibet corporis parte viciatum aut
ex penitentia, vel curie aut cuilibet
condicioni obnoxium notatumque ad sacros
ordines permittat accedere. Sed si quos
huiusmodi reperit non audeat promovere.
Quia aliqui ex manichei aliqui rebapti
zati sepius sunt probati. Ministeria
atque ornatum ecclesie et quequid illud est
in patrimonio eiusdem non minuere studeat
sed augere. De reditu vero ecclesie et oblati
one fidelium quatuor faciat portio
nes. Quarum unam sibi ipse retineat.
alteram clericis pro officiorum sedulitate
distribuat. terciam pauperibus et peregrinis.
quartam ecclesiasticis fabricis noverit
reservandam. De quibus divino erit re
dditurus iudicio rationem. Ordinationes
vero presbyterorum seu diaconorum non nisi quarti sep
timi et decimi mensis ieiuniis et ingres
su quadragesime sabbato noverit esse
celebrandas. Sacramentum autem baptismatis sacramen
tum non nisi in pascali festivitate et pente
coste noverit esse prebendum exceptis his
qui mortis urgente periculo ne ieter
num pereant talibus oportet remediis sub
venire. Huic ergo sedis nostre precepta servan
ti devotis animis obsequi vos oportet
ut irreprehensibile placidumque fiat corpus
ecclesie prepositum nostrum. Deus incolomes vos
custodiat dilectissimi filii. Has quidem duas
suprascriptas epistolas communiter omnibus princi
pibus in germania constitutis. duas vero se
quentes specialiter thuringis princi
pibus misit predictus papa Gregorius.

VIRIS MAGNIFICIS. ASOLFO ET
GODALAO. WILARIO. GUNTHA
RIO. ALBOLDO. ET OMNIBUS DEO DILEC
TIS TURINGIS FIDELIBUS XPIANIS.
GREGORII PAPA. SERVUS SERVORUM DEI.
Insinuatum nobis magnifice fidei constantiam
cognoscentes quod paganis compellentibus
vos ad ydola colenda fide plena respon
deritis magis velle feliciter mori quam
fidem semel in Christo acceptam aliquatenus
violari repleti nimia exultatione gra
tes debitas persolvimus deo nostro et redemp
tori bonorum omnium largitori cuius gratia
comitante vos ad meliora et potiora op
tamus proficere. et ad confirmandum fidei
vestre propositum sancte sedis apostolice religiosis
mentibus adherere. et prout opus poposcerit
sacre religionis a memorata sancta
sede apostolica spiritali omnium fidelium matre
solacium querere sicut decet filios cohe
redes regni. Ministerio quoque presenti fratris
karissimi Bonifacii quem ad vos episcopum conse
cratum in fronte predicationis destina
vimus apostolicis institutionibus informa
tum ad instruendam fidem vestram in omnibus
volumus et obedientes ei consentire
ad complementum indicio vestre salvationis.

GREGORIUS SERVUS SERVORUM
DEI UNIVERSO POPULO TURINGORUM.
Dominus noster Iesus Christus filius dei deus verus qui
de celo descendit homo factus pro nobis
pati et crucifigi est dignatus sepultusque
tercia die resurrexit a mortuis et ascen
dens in celum discipulis suis etiam ait. Euntes
in mundum docete omnes gentes bapti
zantes eos in nomine patris et filii et spiritus
sancti. Ipse vite credentibus vitam eternam
promisit. Cupientes ergo vos in perpetuum no
biscum gaudere ubi finis nullus est nec
tribulatio nec aliqua amaritudo sed
gloria sempiterna. ideo fratrem nostrum Boni
facium episcopum ad vos direximus ut incre
dulos baptizet et ab errore ad viam salu
tis deducat. Vos ergo filii karissimi in omnibus ei
obedite et sicut patrem nostrum illum honora
te et ad eius doctrinam corda vestra inclinate.
Quia illum non pro lucro alicuius temporali adquiren
do direximus sed pro lucro animarum vestrarum
eum ad vos misimus. Diligite deum et qui
in nomine eius baptizati estis fidem quam
spopondistis servate. Cui vero ad monu...
tilandi estis ad hoc ... festinate
quia dominus noster quod oculus non vidit nec in cor
hominis ascendit preparavit diligentibus

License: cc-by-nc – Solothurn, Staatsarchiv, R 1.1.17, 2ra – Fulda Legendary
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-8d5q/1590/19805)